

Johann Bacmeister

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus. D. Med. & sup. Math, Prof. P. ad Exequias Quas Viro ... Dn. Andreae Henningio, Ad D. Nicolai Cantori & Scholae Oppidanae Collegae Classico Vidua Moestissima hodie exsolvi expetit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochii sub. Sigillo Rectoratus, die IV. Maii Anno CI ICLXXXIII.]

Rostochi[i]: Weplingius, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771235135>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,
in A. Henning,

Rost. 1683.

35

PROGRAMMA

108.

^{Quo}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES BAC-
MEISTERUS. D.

Med. & sup. Math, Prof. P.
ad Exequias

^{Quas}
V I R O

Præstantissimo ac Doctissimo,

DN. ANDREÆ
HENNINGIO,

Ad D. Nicolai Cantori & Scholæ

Oppidanæ Collegæ Classico

Vidua Mœstissima

hodie

exsolvi expetit,

Omnes omnium ordinum Cives Academicos

officiose & peramanter invitat.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS WEPLINGI, UNIVERS. TYPOGR.





Sceptris A-
Ixdum primam *cademicis* admovi manū,
& protinus auspican-
das video muneris mei
partes à funereo offi-
cio, quod præstari sibi
postulat is, qui per ali-
quot, quibus apud nos vixit, annos sumis,
imis ad exequias præcinit, vir Humaniss.
& Præstantiss. DN. ANDREAS HENNIN-
GIUS, Scholæ Oppidanæ heic Rostochii,
dum viveret, Collega Classicus & Cantor
in æde Nicolaitanâ industrius. Equidem
optassem & mihi alias Rectoratus primi-
tias, & optimo illi Viro vitam diuturnio-
rem: Sed ita ferunt res humanæ, ut tri-
stia antevertant lætis, moerores gaudiis,
labores quieti: quam comūnem Morta-
lium sortem cum mutare aut corrigere
nulla industria, nulla vota possint, tole-
randa est æquâ & tranquillâ mente. Itaq̃
quod

quod pietas jubet, honestas flagitat, officium requirit, supremum humanitatis debitum persolvendum est Defuncto, qui, qualis fuerit, qualemque se in officio fidei suæ commisso gesserit, nemo rectius judicabit, quam qui Vitam illius æquâ mente mecum cognoscet. Longo Salissa Germ: Langensals Thuringiæ oppidulum nascentem illum excepit Anno 1650. ipso Margarethæ die. Non mirum ergo, quod pro more ejus gentis, unde prognatus, ac loci non aspernenda Musicæ fuerit addictissimus. Thuringia quippe non tantum frugibus fertilis, sed provenitu etiam optimorum ingeniorum, ad testalata opera atque ad Symphonias ultrò ac spontè inclinantium Cœlo ipsis prorsus ad ista & communi & propitio. Siquidem Artis Phydiciæ toreuma clarum & tornationes & fabrilia à teneris & per ludum jocumque discunt, organaq; Musica.

sica & conficere & pullare amant. Idque etiam vulgò. Nam & ipsos de rure homines ista meditari videas, cum melioribus quibusq; pagis & doceant illam non, agrestem sed benè multisq; vocibus sæpe ultra octo partes convenientem Musicam, eamq; Dominicò die tum ad sacra, tum inter convivia scientissime adhibeant, ipsis quoque pneumaticis idonei organis & passim utentes. Patrem habuit GEORGIUM HENNINGES Civem ac Mercatorem ejus loci intergerrimum, Matrè foeminam pudicam REGINAM Hoffmans / MATTHIÆ Hoffmans Civis ibidem ac Mercatoris apud MULHAUSENSES è præcipuis Filiam. Honesti hi Parentes nihil priùs nihil aliquid duxerunt, quam ut filiolum suum ante omnia CHRISTO per sacrum baptismatis lavacrum consecrarent, & Ecclesiæ albo inscribendum curarent; quo factò, eundem tum piè tum industriè educa-

tum

tum accrescente ætate, bonis literis ex-
colendum erudiendumque tradidere.
Anno MDCLXII, Patre orbatus, Ma-
ter Vidua cum filio hocce suo Patri-
os iterum lares invisere quam in pere-
grino loco diutius subsistere maluit.
MULHUSÆ itaq; degens ANDREAS NO-
ster Scholam ibidem trivialem per inte-
grum frequentavit triennium, jactisq;
ibidem humanioris literaturæ haud
contemnendis fundamentis, consilio
quorundam Fautorum NAUENBURGUM
studiorum gratia se contulit, & in illo
Gymnasio cœptum studiorum curri-
culum ultra tres annos feliciter conti-
nuavit. De hinc WISMARIAM accessit,
ubi conatibus maximis & omni ner-
vorum contentione id unicè egit, ut
DEUM & Præceptores coleret, ama-
ret ac pro ingenio studia sua diligenter
haberet. Hæc cum annos ferè quatuor
exegli-


Exegisset, & propter insignem Musicæ peritiam Chori ibi-
dem Musici Præfectus per biennium salutatus esset, in Aca-
demiâ hanc nostram velut uberiorem studiorum mer-
catum & *азорат индѣега* venit, ac statim à Fœmina
lectissima ANNA *Матен* / DN. BARTHOLDI
LADWIGS p. m. relicta Vidua filio unico RUDOL-
PHO privatim infirmo adjunctis est: In quo officio
industriam suam ita probavit, ut dignus judicaretur, qui
publice etiam functioni præponeretur. Postquam ita-
que hic ultra sesquiannum in illa functione substitisset, pro-
curantibus amicis quibusdam ac fautoribus à Nobilissimo
& Amplissimo hujus Urbis senatu Anno MDCC LXXVIII.
die XIX. Decembris oblatum ei fuit munus Cantoris in
Templo Nicolaitano administrandum, simulque quinte
Classis hujus Scholæ Præceptor constitutus. Ultramque
hanc sibi commissam spartam fideliter & sedulo exornavit,
saxumque hoc, dum vitâ viresque suppetebant, strenuè vol-
vit, & omnes molestias, omnes difficultates laborando
& patiendo vicit. Despiciit Vulgus, vel saltem in exiguo
pretio habet eos, qui in pulvere defudant scholastico, & exi-
guis præmiis eorum labores Sisyphiis majores compensat,
Sisyphium namque si ulli unquam mortalium illi certè vol-
vunt saxum, dum sudore licet pleno, irrito s. casto tamen
sapissimè conatu ad excelsa scientiarum juga sibi commissa
ingenia allaborant. Verum si rem, uti revera est, æsti-
maret, & Scholas, Ecclesiarum semina, Rerumpubl. ba-
ses, Oeconomici status bonarumque Civitatum armamen-
tarium esse, pro persuasissimo haberet, eos, qui omnes
ordines promotum eunt, inter primos numeraret, & con-
gulariis donaret. Cû DN. Collegis suis sinceram coluit ami-
citâ, ac pacis & concordia conservandæ fuit studiosissimus

Eus

Eleganter Metellus ille Numidicus ad Qvirites: Si, inquit,
sine Uxoribus possemus Qvirites esse, omnes eâ molestia
careremus, sed quoniam ita natura tradidit, ut nec satis
commodè vivi possit, naturæ & voluntati diuinæ obtempe-
rans DN. HENNINGIUS cum modestissimâ fœmina MARIA
Schäffers Antecessoris sui DN. VICTORIS FRIDERICI
Giesenhagen p. m. relicta Vidua Anno. CIO IOC LXXIX. cir-
ca festum Johannis matrimonium iniit, cumqve eadem
conjugium placidum, amabile & secundum est expertus,
ut verè cum Pomponio ipsi gloriari licuerit, quod nun-
quam cum uxore in gratiam redierit, utpote à quâ nun-
quam secessionem fecerat. Caruerunt quidem Conjuges
hi Sobole; sed eò non fuere infelices, quin potius ætatem
egerunt eò tranquillioem, tantamqve HENNINGIUS no-
ster Privignorū suorum habuit curam, ut ex hoc capite & ipsi
post mortem gratiæ merito debantur non minimæ. Et licet
defunctus corpore satis firmo esse videretur, obnoxius ta-
men fuit morbo cuidam, intus quidem in visceribus ali-
quandiu latitanti. Scorbuti quippe semina sæpius germina
sua prodebant, nec tamen penitus eradicari poterant, no-
vis tacite sumptis incrementis, & inopinatò factâ fermenta-
tione in febrim eruperunt perniciosam, cumq; Caput & Pe-
ctus occupassent, suâ malignitate vitales in Corde Spiritus
subitò infecerunt, & tandem, proh dolor! extinxerunt, spre-
tis susqve deque habitis omnibus quam generosissimis etiam
à me ipsi ægroto præscriptis & adhibitis Medicamentis. Cum
itaqve nihil Medica valeret manus, protinus mente à ter-
renis & caducis ad cœlestia sevocata, pl. Rev. & Clarissimo
DN. JOHNNI NICOLAO QVISTORPIO SS. Theol: Lic. &
Archidiacono Nicolaitano merentissimo maturè accersito
penitentiam ac fidem suam contestatus ab eodem Alexi-
par-


pharmacum absolutionis peccatorum pariter, & Corporis Sanguinisque Dominici petiit atque obtinuit. Tandem, dispositione rerum facta, semetipsum salvificis JESU CHRISTI vulneribus fide involvens, inter preces & suspiria adstantium, Sospitatori suo elapso Lunæ die, qui erat ultimus Aprilis, circa duodecimam matutinam, à quo acceperat, placidissime reddidit, & ex terrestri patriâ, quam XXXIII, fere annos incoluerat, in cœlestem migravit, Musicamque terrenam, cum cœlesti commutavit, ubi æternum, illud *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, sine fine cantabit. Cum autem Defuncti Corpus hodie Terræ matri reddendum sit, nostrarum Academia Cives omnium Ordinum honoratissimi partium fuerit, ultimum officium Præcentori tot funerum lubenti animo & frequenti concursu præstare. Solatio id erit Viduæ moestissimæ, Privignisque parvulis. Ut autem inter eundem Academiam hanc nostram, & Urbem nosque omnes calamitosissimis hisce temporibus Deo opt. Max. piis precibus serio commendemus, Auctor svasorque vobis sum. P. P. Rostochii sub. Sigillo Rectoratus, die IV. Maij, Anno MDCCXXXIII.

Conventus fiet in ecc. D. Virginis Mariae ad horam primam.



GK

Eleganter Metellus ille Numidic
sine Uxoribus possemus Qvirites
careremus, sed quoniam ita na
commodè vivi possit, naturæ & v
rans DN. HENNINGIUS cum mo
Schäffers Antecessoris sui DN
Giesenhagen p. m. relicta Vidu
ca festum Johannis matrimonii
conjugium placidum, amabile d
ut verè cum Pomponio ipsi glo
quam cum uxore in gratiam rec
quam secessionem fecerat. Car
hi Sobole; sed eò non fuere infel
egerunt eò tranquilliozem, tant
ster Privignorū suorum habuit cu
post mortem gratiæ merito deba
defunctus corpore satis firmo es
men fuit morbo cuidam, intrus
quandiu latitanti. Scorbuti quipp
sua prodebant, nec tamen penit
vis tacite sumptis incrementis, &
tione in febrim eruperunt pernic
ctus occupassent, suā malignitat
subitò infecerunt, & tandem, pro
tis susque deque habitis omnibus
à me ipsi ægroto præscriptis & ad
itaque nihil Medica valeret mar
renis & caducis ad cœlestia se voc
DN. JOHNNI NICOLAO QVIST
Archidiacono Nicolaitano mere
penitentiam ac fidem suam con



es: Si, inquit,
s eā molestia
t, ut nec satis
inā obtempe
mina MARIA
S FRIDERICI
100 LXXIX. cir
inque eadem
est expertus,
t, quod nun
e à quā nun
sem Conjuges
otius ætatem
NINGIUS no
c capite & ipsi
nimā. Et licet
, obnoxius ta
visceribus ali
pius germina
biterant, no
ctā fermenta
q; Caput & Pe
Corde Spiritus
axerunt, spre
rossimis etiam
amentis. Cum
s mente à ter
, & Clarissimo
Theol: Lic. &
tur è accersito
odem Alexi
par-